



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Conseruator

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Conseruator.*

**C**onseruator, i. Index datus à Papa ad defendendum aliquem contra apertas iniurias, potest cogere per excommunicacionem brachium sacerdotale ad se adiuuandum.

\* *Syl. Conseruator. nū. 4.*

*Consilium, vide Restitutio.*

**C**onsilium sequi tenetur, qui iubetur facere de consilio, aut secundum consilium, non autem si petere tantum aut facere cum consilio. *Vide c. 1. Ne sed. vac. lib. 6.*

\* *Lege Syl. consilium. 1. 2.*

2 Si is, cuius consilio faciendum est, aut dare non vult, aut est absens, procedi potest ad arbitrium, si est periculum in mora. \* *Syl. l. c. 5.*

3 Consilium à se dātum reuocans non teneatur secundum quosdam, de damno secuto, si tamen non persuadet, tenetur monere illum cui paratur damnum, ut caueat. Quidam ramen aiunt, semper de damno teneri suo consilio facto, si nō persuasit dām reuocaret, quia verè damni causa est: aliud verò longè esse in mandato quod sufficit reuocare: postea enim non potest dici damnum datum ex mandato.

\* *Vide Nau. c. 27. num. 233. de irregularitate loquenter.*

*Consuetudo, vide Lex.*

**C**onsuetudinem generalem habentem vim legis, non potest Episcopus abrogare.